



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Canis. Expressus extensibvs Oppiani de ven. lib. I. vol. 401. Μιχεδανον  
χστατεστόνδέμας. Descriptio LXXXVI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

## CANIS.

Expresus ex sensibus Oppiani de ven.  
lib. i. v. 401.

Μηκεδανὸν κραιπερὸν δέμας.

Descriptio LXXXVI.

**C**anis si absolutum modo videre desideras, talis est. Corpus illi procerum, & validum, caput amplum, læve, bene oculatum, lumina mihi fulgore carulea in oculis ardescunt: os oblongum, & pulchra dentium pectinatim cocantium serie bene serratum, aures modica delicata obducuntur cute, ceruix protensa, robusta pectora, ampli, latique armi, obliquæ costarum series, craticulæque distinctæ, lumbi modica carne sufferti, nec præpingues sunt, nec macilentæ, crurum rectæ, & mollibus internodijs prolixa tibia: Anteriores pedes posticis breviores, cauda gracilis, & promissa ad talos usque desinit.

Item, ex eodem loco.

Ζαργεφές πρῶνεοσιν οὐκ ὀκνῶς.

**A**lius procerior in speciem collis assurgit, facie quidem depressa, simis naribus, horribilibus intercilijis, quæ castius oculorum fulgor violentus irradiat, tota facies hispida veluti sentietis fruticatur, lati porriguntur humeri, corpus valentissimum ad vim inferendam promptius, quam ad currendum, sūt enim eius vires firmæ, acer impetus, terribilis ferocia, atque animus infesta rabie semper armatus.

PRAELIVM INTER CANEM,  
Leonem & Elephantum.

Ex Plinio.

Descriptio LXXXVII.

**I**ndiam petenti Alexandro Magno Rex Albania alterum mittens canem addidit madata, ne in parvis experiri vellet, sed in Leone Elephantoue: duos sibi fuisse, hoc interempto, præterea nullum fore. Nec distulit Alexander, leonemque fractum protinus vidit. Postea elephantum iussit induci, haud alio magis spectaculo latatus. Horrentibus quippe per totum corpus villis, ingenti primùm latratu intonuit, mox ingruit assultans, contraque belluam exurgens, hinc & illinc artificii dimicatione, qua maximè opus esset infestans atque evitans, donec assidua rotarum vertigine afflixit, ad casum eius tellure concussa.

## TAVRVS.

Ex Plinio.

Descriptio LXXXVIII.

**T**auris in aspectu generositas, torua fronte, auribus ferosis, cornibus in prociectu dimicationem poscentibus. Sed tota cōminatio prioribus impedibus stat, ira gliscete, alternos replicans, spargensque in alium arenam, & solius animalium eo stimulo ardescens. Vidimus de imperio dimicantes, & ideo demonstratos rotari, cornibus cadentes excipiterumque resurgere, modo iacentes ex humo tolli, bigarumque etiam cursu citato velut aurigas insillere.

## EQVVS.

Ex Synesio.

Descriptio LXXXIX.

Ἐπεμψά σοι δῶρον ἵππον ἀεροπύδατον  
εἰς ἀπάσων ἀρετῶν ἵππῳ προσήκον.

**E**Quum tibi dono misi ad omnem virtutem, quæ quidem in equo cernitur, habili.

Bbb

liff.